

INSTRUMENTUM VENDITIONIS an sit necessè quòd in eo hæredes nominentur, ut ad eos transeat venditio, n. 4 l. 56 tit. 18 part. 5.—minoris, an valeat si juretur talis venditio, et quid si et tunc sit enormiter læsus, n. 2 et 4 l. 59 tit. 18 part. 5.—Et quid si in tali instrumento non sit positum, quòd pretium fuit conversum in utilitatem minoris, ibid. in num. 5 dict. l. 59.—Instrumentum venditionis factum per tutorem vel curatorem de aliqua re immobili sui minoris, quid in se habere debeat, ibi l. 60.—alicujus rei per procuratorem factum, vel etiam per executores testamenti, quid in se habere debeat, l. 61 et 62 tit. 18 part. 5.—factum quando per procuratorem venditor res, an debeat habere clausulam de recepto, et quando ille illam ponere possit, n. 5 ibidem.—qualiter fiat, quando ecclesia vendit aliquam rem immobilem, n. 4 et 2 l. 63 tit. 18 part. 5.—venditionis nominis alicujus debitoris, qui t contineri debeat, n. 1, 3 et 6 l. 64 tit. 18 part. 5.—alicujus animalis, qualiter fiat, et quæ in eo debent dici, et poni, n. 4 et 5 cum seq. l. 65 tit. 18 part. 5.—donationis vel emptionis, si alicui loco pignoris tradatur, quid operetur hæc traditio, n. 4 l. 14 tit. 15 part. 5.

INSTRUMENTUM PERMUTATIONIS, et instrumentum qualiter fiat, quando res aliqua permutatur, et quæ ibi debeant intervenire ut valeat, n. 1, 2 et 3 l. 66 tit. 18 part. 5.

INSTRUMENTUM DONATIONIS in præsentem, vel absentem, qualiter fieri debeat, gloss. l. 67 tit. 18 part. 5.—Et an tali instrumento aliquid operetur clausula, per quam donator remittit donatarii ingratitudinem, et quid si ibi juramentum interveniret, ibi in num. 5.—Instrumentum donationis propter nuptias qualiter fiat, n. 4 et 2 l. 87 tit. 18 part. 5.—codicillorum, et donationis causa mortis à filiofamilias factæ, l. 104 tit. 18 part. 5.—donationis à filiofamilias factæ, qualiter fieri debeat, gloss. per text. ibi, l. 105 tit. 18 part. 5.—vel emptionis, si alicui loco pignoris tradatur, quid operetur hæc traditio, n. 4 l. 14 tit. 15 part. 5.

INSTRUMENTUM MUTUI, COMMODATI, DEPOSITI, et ad censum.—Et qualiter fiat instrumentum, quando aliqua res datur ad censum, n. 4 et 3 l. 69 tit. 18 part. 5.—Instrumentum mutui dati in quo posita fuit pœna, qualiter fiat, gloss. l. 70 tit. 10 part. 5 per text. illum ibi.—super mutuo factum, qualiter in contrarium probatio fieri debeat, ut reddatur falsum, n. 2 l. 70 tit. 18 p. 5.—commodati, qualiter fiat; et plura, quæ poni debeant in scriptura pro ejus validitate, vide ibi dict. l. 71.—depositi sub qua forma debeat, n. 2 per text. ibi, l. 72 tit. 18 part. 5.

INSTRUMENTUM LOCATIONIS, CONDUCTIONIS, et instrumentum locationum jurium regalium, et quitationis datæ à Rege ei qui reddit rationes earum rerum, quas administravit, v. l. 15 et 14 tit. 18 part. 5.—domus, seu alterius rei, cum quibus pactis et clausulis debeat fieri, n. 4, 2 et 3 l. 73 tit. 18 part. 5.—qualiter fieri debeat, quando aliqua res conducitur alicui, ibid. gloss. l. 74 per text. ibi.—locationis jumentorum qualiter fiat, gloss. l. 76 t. 18 part. 5.—locationis terræ à colono partiario, per text. ibi, l. 79 tit. 18 part. 5.

INSTRUMENTUM SOCIETATIS qualiter fiat, gloss. l. 78 t. 18 part. 4.

INSTRUMENTUM DIVISIONIS hæreditatis à fratribus, vel aliis, qualiter fiat, l. 80 tit. 18 part. 5.—denotat bona esse communia inter dividentes, vel habentes causam ab eis, n. 1 dict. l. 80.

INSTRUMENTUM DEBITI, et instrumentum quitationis debiti à Rege dati, ut quis suo creditori super debito respondere non teneatur, an valeat, et an sit contra jus naturale, vel civile, n. 4 l. 52 tit. 18 part. 2.—quitationis debiti qualiter fiat, et quibus intervenientibus, gloss. l. 81 per text. ibi, tit. 18 part. 5.—debiti debet reddi creditori, non obstante, quod creditor det illi aliud quitationis debiti, n. 5 dict. l. 81 t. 18 part. 5.—alicui simpliciter redditum, an per hoc tollatur debitum; et quid si tale instrumentum sit perditum, ita ut debitori reddi non possit, quid tunc fieri debeat; et quid si reddito instrumento debiti, debitor illud perdat, et creditor iterum debitum quo remedio consulatur huic debitori, v. dict. n. 5 dict. l. 81.—si inveniat in potestate debitoris, an præsumatur debitum persolvisse, et liberatus sit, n. 2 l. 11 tit. 19 part. 5.—si alicui legatur, an per hoc debitum ipsum legatum videatur, n. 4 l. 47 per text. ibi, tit. 9 part. 6.—Et si quis renuntiat instrumento, quid tunc renuntiasse videatur, dict. n. 4 dict. l. 47.

INSTRUMENTUM SECURITATIS, vel pacis, et instrumentum protectionis et securitatis à Rege datæ, qualiter fieri debeat, l. 18 tit. 18 part. 5.—seu protectionis ab alio, quàm à Rege non potest dari, v. n. 4 dict. l. 18 tit. 18 part. 5.—Et an istud instrumentum extendatur in commodum sociorum, n. 5 l. 18 part. 5.—Instrumentum securitatis alicui concessum pro pecoribus, et pastu, qualiter fiat, gloss. l. 19 tit. 18 part. 5.—pacis cujus dictamen durat per annum vel mensem, quis dies apponetur in tali instrumento, num. 2 l. 54 tit. 18 part. 5.—pacis et treugæ, qualiter fiat, l. 82 et l. 85 tit. 18 part. 5.—ad quos extendatur et qui in illo comprehendantur, n. 2 dict. l. 82 tit. 18 part. 5.

INSTRUMENTUM INVENTARII qualiter fiat, gloss. l. 99 t. 18 n. 5.—ab hærede conficiendi, qualiter fiat, gloss. l. 100 tit. 18 part. 5.

INSTRUMENTUM SUSPECTUM, VEL FALSUM instrumentum, in quo quis constituitur procurator alicujus, ex quibus causis reddatur suspectum, n. 4 l. 21 tit. 5 part. 3.—per me adductum, si iterum contra me adducatur, illud tanquam falsum reprobare non possum, n. 4 l. 51 t. 16 part. 5.—super mutuo factum, qualiter in contrarium probatio fieri debeat, ut credatur falsum, num. 2 l. 70 tit. 18 part. 5.—ex quibus suspectum reddatur, n. 44 et seq. l. 111 t. 18 part. 5.—volens aliquis redarguere de falso, an debeat dicere in qua parte credit illum falsum, et an arguens instrumentum de falso civiliter debeat se subscribere, num. 5 l. 112 tit. 18 part. 5.—Et qualiter ibi testes examinentur, dict. n. 5 ad fin.—Instrumentum volens quis de falso redarguere, an debeat jurare, quòd malitiosè non facit, vel an præcedens jurementum calumniæ sufficiet, n. 4 dict. l. 112.—quod pars adversa radarguere volebat de falso, et producens

usui renuntiavit, an in alio differenti judicio fidem faciat, et quid si renuntiet usui cum protestatione, quòd non intentet fateri illud falsum, n. 2 l. 116 tit. 28 p. 5.—an debeat iterum reproducere qui illum in judicio præsentavit, si pars adversa illud de falso velit redarguere, ibi in n. 5.—si fuerit redargutum de falso in prima instantia, et in causa appellationis lata sit sententia, an hoc non obstante sententia rescindi debeat tanquam lata ex falso instrumento, quod limitat multis modis, n. 4 l. 116 tit. 18 part. 5.—ex quibus reddatur suspectum, n. 5 l. 11 tit. 19 part. 5.—verum in principali, et falsum in accessoriis, an per hoc falsum sit, et tabellio tanquam falsarius debeat puniri, n. 6 l. 16 tit. 19 part. 5.—Instrumenta falsa, si à parte sine dolo ipsius producantur, faciunt sententiam non tenere, n. 2 l. 1 tit. 26 part. 5.—Et si quis velit ostendere de falsitate instrumentorum per testes, an illud facere possit, si attestaciones sint jam publicatæ, n. 5 l. 1 tit. 26 p. 5.—Instrumenta falsa producentes qualiter puniantur, et quid si non constet de falsitate, sed creduntur suspecta, et an sit præsumptio contra producentes, ut credatur fabricatoras, n. 2 l. 28 tit. 4 part. 7.—Instrumentum ex quibus perpendatur falsum, et quando tabellio ex hoc veniat puniendus; et alia plura, n. 4 et 2 l. 1 per illum text. tit. 7 part. 7.

INSTRUMENTUM EXEMPLATUM quando habeat virtutem originalis, n. 14 l. 114 tit. 18 part. 5.—an de necessitate fieri debeat cum Regis auctoritate, et an auctoritas judicis ordinarii sufficiat, dict. n. 14.—cum Regis auctoritate in quo differat ab exemplato per judicem ordinarium loci, dict. n. 14 dict. l. 114.—si est exemplatum, et copia tum in actis, an probet, licèt originale perdat, dict. n. 14 dict. l. 114 tit. 18 part. 5.

INSTRUMENTUM PUBLICUM, vel privatum instrumentum tabellionis publici, an extra regnum fidem faciat inter homines illius jurisdictionis alibi litigantes, n. 4 l. 8 t. 18 part. 5.—quod dicatur, n. 4 l. 1, et n. 1 l. 115 tit. 18 part. 5.—an possit reprobari per duos testes, num. 2 l. 117 tit. 18 part. 5.—privatum à patre confessatum habet vim publici, et per ipsum peti potest executio, n. 4 l. 119 tit. 18 p. 5.—si à patre fuerit negatum, an possit per litterarum comparisonem probari, et quam probationem facit talis comparatio, n. 6 d. l. 119.—privatum mercatoris vivi vel mortui, si fuit bonus homo, quam fidem faciat, n. 4 et 2 l. 121 tit. 18 part. 5.—Instrumenta publica omnia habent hodie executionem paratam, n. 4 l. 10 tit. 12 part. 5.—Instrumentum publicum dicitur scriptura trino testes subscripta, n. 8 l. 51 per text. ibi, tit. 15 part. 5.—Instrumenta publica dicuntur eo ipso, quòd per tabellionem fiunt, neque publicatio necessaria est, n. 4 l. 5 tit. 2 part. 6.—Instrumentum publicum non dicitur, etiamsi in eo testes intervenerint, si sint rogati ut secreta teneant, n. 21 l. 13 tit. 7 part. 6.

INSTRUMENTUM VITIATUR, et instrumentum an vitietur, si unus dies pro alio ponatur, n. 2 l. 54 tit. 18 part. 5.—Et an credatur notario, qui diem non possuit, si de eo dicat se recordari, dict. n. 2.—Instrumentum si vitietur culpa, sive imperitia tabellionis, an ad interesse,

et damna ipse teneatur, n. 4 l. 7 tit. 19 part. 5.—an vitietur ex ruptura chartæ, n. 2 l. 12 tit. 19 part. 5.

INSTRUMENTUM ANTIQUUM, vel de longinquo.—antiquum ei fides datur, licèt negetur quòd illud faciens fuisset tabellio, n. 8 l. 115 tit. 18 part. 5.—de longinquo ei statum potius, quàm testibus, n. 8 dict. l. 115.—antiquum si sit, et tabellio mortuus sit, an standum sit instrumento ex eo sumpto, n. 4 l. 9 tit. 19 part. 5.

INSULA de novo per aliquem inventa, et ædificata, qualiter iste sibi dominium adquirat, n. 5 l. 29 tit. 28 part. 5.

INTELLECTUS juris si dubius sit, præbet justam ignorantie causam, n. 4 in fin. l. 20 tit. 4 part. 1.—residet in capite hominis, et cui datus est major intellectus ad majora obligatur, n. 5 l. 1 tit. 9 part. 2.—quid sit, n. 5 in procem. 4 part.—et de ejus bonis, n. 4 l. 5 tit. 21 part. 2.—ita habitat in paucis, sicuti lilium inter infinitas spinas, n. 4 l. 5 tit. 22 part. 2.

INTELLIGERE quod agitur, an præsumatur quis, qui præsens est, vel qui audit, num. 5 l. 5 tit. 9 part. 4.

INTENTIO sola non in lucit simoniam conventionalem, sed mentalem tantum, quæ pœnitentia aboletur, n. 2 l. 5 tit. 17 part. 4.—Civitas seu Villæ fundata est in montibus, et vallis in suo territorio existentibus, n. 6 l. 9 tit. 28 part. 5.

INTERDICTUM generale dicitur, ubi omnes ecclesiæ interdiciuntur, vel una tantum, si alia non est in illo loco, n. 2 l. 14 tit. 9 part. 4.—Interdicta tota Civitas, cives ipsius non culpabiles divina audire possunt, n. 5 l. 14 tit. 9 part. 4.—Interdictum an poni possit propter factum Episcopi, ibidem.—Interdicto præbens causam tenetur ad restitutionem damnorum datorum propter eam causam, ibidem.—Interdicta ecclesiæ specialiter, an privilegiatus tempore interdicti decedens ibidem possit sepeliri, num. 2 l. 16 tit. 9 part. 4.—Interdictum speciale ecclesiarum unius loci, an comprehendat monasteria, dict. n. 2 dict. l. 16.—Interdicta violens, eò quòd in ecclesia interdicta celebrat, est irregularis, n. 6 l. 18 tit. 9 part. 4.—Interdicti generalis tempore, an possint clerici in camera Horas cum socio recitare, dict. n. 6 dict. l. 18.—Interdictum violans qua pœna feriat, gloss. dict. l. 18.—Salvianum, sive directum, sive utile tantum, competit pro rebus illatis in fundum rusticum, sive urbanum, non aliàs, n. 4 l. 18 tit. 13 part. 5.—Interdicti tempore, v. infra in verbo **TEMPORE** interdicti.

INTERESSE præstando quis, an liberetur, si ad factum antea erat obligatus, et fuit per sententiam condemnatus, n. 5 l. 5 tit. 27 part. 5.—utrum solvere teneatur nolens sponsalia contrahere, cum illud facere promiserit, et quale, n. 2 l. 2 tit. 1 part. 4.—extra rem, an veniat in mutuo pecuniæ, et quid in aliis mutuabilibus, n. 4 l. 10 tit. 4 part. 5.—Et quid si mutuans esse mercator, an etiam veniat interesse extrinsecum, ibid.—Interesse an veniat in mutuo, quando mutuans ad tempus caret pecunia, et quando sic, n. 2 l. 51 tit. 11 part. 5.—et an in obligationibus faciendis liberetur, quis præstando interesse, et quid si tunc ibidem fuit apposita clausula, *rato manente pacto*, an tunc quis liberetur

præstando interesse, n. 3 l. 34 tit. 11 part. 5, et n. 4 l. 5 tit. 14 part. 5.—Interesse an possit peti ratione conventionalis vel legalis hypothecæ, quod fuit causatum ex mora, n. 5 l. 14 tit. 15 part. 5.

INTERFICIENS SE, an debeat sepeliri in loco sacro, si signa contritionis ante mortem ostenderit, n. 6 l. 10 t. 15 part. 1.—se ipsum, vide in verbo OCCIDENS.

INTERFICERE, v. in verbo OCCIDERE.

INTERFECTUS, v. in verbo OCCISUS.

INTERITUS, et quando bonæ fidei vel malæ fidei possessor teneatur de interitu rerum hæreditariarum, n. 4 l. 6 per text. ibi, tit. 14 part. 6.

INTERROGATUS, quando respondere non teneatur, et quando sic, n. 4 l. 1 tit. 10 part. 5.—Et quid si simpliciter respondeat se hæredem, ex qua parte intelligatur respondisse, ibidem.—Et quid fateatur se hæredem, cum non sit, et quid si ex causa illud facit, dict. n. 4 dict. l. 1.—Interrogatus si carnaliter cognovit Bertam uxorem Titii, si respondeat se cognovisse Bertam, an ex hoc videatur fateri adulterium, n. 4 l. 28 tit. 11 p. 5.

INTERROGARI potest pœnitens tribus concurrentibus, de quibus per n. 2 l. 26 tit. 4 part. 1.

INTERROGATIONES, quæ et quales pœnitenti tempore confessionis fieri debeant, n. 1 l. 26 tit. 4 part. 1.—quæ fiunt ante litis ingressum, qualiter sint faciendæ, et an possint fieri post litis contestationem, et an istæ interrogationes recesserint jam ab usu, glos. in præmio, tit. 10 part. 5.—Et an interrogato detur terminus ad respondendum, n. 4 l. 4 tit. 10 part. 5.—Interrogationes possunt à iudice fieri in quacumque parte litis, sive sit conclusus in causa, sive ad fundandum intentionem de novo, n. 4 l. 2 tit. 12 part. 5.—Et poterit iudex interrogare, ut obiet iniquæ extorsioni, etiamsi ad partis petitionem respondere non teneretur, ibidem.—Interrogationes testium sunt illis faciendæ in secreto, n. 2 l. 26 tit. 16 part. 5.—Interrogatio quare in stipulationibus debeat responsionem præcedere, num. 5 l. 1 tit. 14 part. 5.—si differat à responsione, an una intelligatur per aliam, n. 4 l. 26 tit. 11 part. 5.—qualis debet fieri per iudicem torto, cum ei inferitur tortura, n. 7 l. 5 per text. ibi, tit. 50 part. 7.

INTERRUPTIO temporis impedit præscriptionem, et an contra talem interruptionem detur restitutio, quando pauci dies restabant, n. 2 l. 29 tit. 29 p. 5.—naturalis non perpetuat actionem in quadraginta annos, dict. n. 2 ad fin.—præscriptionis, an debeat fieri per solam citationem, an vero per litis contestationem; et remissivè plura de hoc vide n. 3 l. 29 tit. 29 part. 5.—Et talis civilis interruptio fit tantum super actione proposita, et non super alia, dict. n. 5 in fin. dict. l. 29.—an fiat per litis contestationem factam coram iudice arbitro, ibidem in n. 5.

INTERLOCUTORIA, vide in verbo SENTENTIA interlocutoria.

INTERPELLATIO necessaria non est, ubi factum ipsum interpellat, n. 3 l. 4 per illum text., ibi, tit. 49 p. 1.—extrajudicialis an sufficiat ad constituendum debitorem in mora, quando mutuum recipit, neque post tempus reddit, n. 4 l. 8 tit. 1 part. 5.—sola sufficit ad consti-

tuendum venditorem rei in mora, n. 2 l. 27 t. 3 p. 5.—extrajudicialis, an sufficiat ad constituendum in mora illum, qui per stipulationem solvere debuerat ad certum tempus, n. 7 l. 15 tit. 11 part. 5.—quando sit, vel non sit necessaria ad constituendum debitorem in mora, n. 1 et 2 cum aliis ibidem, l. 8 per illum text. ibi, tit. 14 part. 5.

INTERPELLATUS extra iudicium, an ex hoc solum constituitur in mora, ut hoc æstimatio crescat, n. 4 l. 8 t. 1 part. 5.

INTERPRES unus, an sufficiat intervenire in aliqua stipulatione, et quando sic, n. 8 l. 1 tit. 11 part. 5.—Et quid in rebus arduis, an unus interpres sufficiat, et quid in matrimoniis, ibidem.

INTERPRETARI debet lex per condentem, num. 1 l. 15 tit. 1 part. 1.

INTERPRETATIO iudicis circa leges, an sit necessaria, n. 4 l. 15 tit. 1 part. 1.

INTESTATUS decedere quis propriè dicatur, n. 4 l. 1 per text. ibi, t. 15 part. 6.—Et quando sit locus repræsentationi, cum succeditur ab intestato, n. 4, 7 et 9 l. 3 tit. 15 part. 6.—Intestatus si decedat filius, an et quando, et pro qua parte pater, vel mater ei succedant, et quid si fratres habeat; et quid hodie jure regni, gloss. l. 4 per text. ibi, tit. 15 part. 6.—Et an, et quando, et pro qua parte frater fratri suo decedenti sine testamento succedat, et quid in filiis fratrum, vel in feudis, gloss. l. 5 et 6 ibidem.—Et quid in agnatis, vel cognatis, si ejus agnatus sine testamento decedat, n. 6 l. 6 per illum text. ibi, tit. 15 part. 6.—Et quam partem uxor, vel maritus inops habere debeat in bonis alterius præmorientis cum testamento, vel ab intestato, et quando, glos. l. 7 ibid.—Et an patri intestato succedat filius naturalis, et an stante uxore legitima, glos. l. 8 et 9 per text. ibi, tit. 15 part. 6.—Et matre decedente sine testamento, quam partem filius naturalis, vel alius in bonis suis habere debeat, et quid è contra, glos. l. 14 ibidem.

INTIMATIO qualiter fieri debeat, ubi non est tutus accessus propter inimicitias, n. 7 l. 4 tit. 16 part. 2.—an debeat fieri, quando ille, cui debeat intimari, certus est, ibidem in n. 8.

INTRARE potest aliquis in fundo alieno licitè, ut fructus suarum arborum colligat, et intra quod tempus, n. 3 l. 18 tit. 28 part. 5.—an possit aliquis agrum sterilem alicujus et desertum propria auctoritate, et eum laborare, num. 1 l. 49 tit. 28 part. 5.—religionem, an possit sponsus, sponsa violenter cognita, n. 10 l. 4 t. 1 part. 4.—possessionem propria auctoritate, non potest ille, qui semel super eo iudicem adivit, num. 2 l. 7 t. 4 part. 5, et quando sic, ibidem.

INTRANTES in monasteriis monialium, an et quando sint excommunicati, n. 2 l. 36 tit. 6 part. 1.—per alium locum quàm consuetum, est contra eos præsumptio mali, n. 3 l. 15 tit. 28 part. 5.

INTRODUCITUR consuetudo per spatium decem, vel viginti annorum; vide supra in verbo CONSUETUDO introducitur eorum.—Introducitur consuetudo ex pluribus actibus præcedentibus, etiamsi pro eis non sit sententiatum, num. 7 l. 5 tit. 2 part. 1.

INVADENS rem propriam, vide in verbo OCCUPANS.

INVENTUM in littoribus maris vel fluminum, an et quando fiat inventoris, n. 2 l. 5 tit. 28 part. 5.—ab aliquo, de quo non apparet dominus, quid facere debeat, n. 4 in fin. l. 49 tit. 28 part. 5.

INVENTARIUM qualiter ab hærede fiat, et an debeat uno contextu fieri, et per eundem tabellionem, et coram eisdem testibus; et an in inventario tutoris decreto iudicis opus sit, num. 4 et 2 l. 99 tit. 18 part. 3.—Et an res, quæ inveniuntur, debeant æstimari antequam ponantur in inventario, et qualiter poni debeant, ibidem in n. 5.—Et an in inventario tutoris poni debeant debita, quæ pupillo debentur, si de hoc non adsit instrumentum, ibidem in dict. num. 5.—Et an poni debeant res commodatæ, sive depositæ, et quæ suæ non sunt, dict. num. 5.—Inventarium augeri debet, si res pupilli augeantur, et utile est istud tempore factiones inventarii protestari, dict. n. 5 in fin.—hæredis qualiter, et in quo loco fieri debeat, n. 4 l. 100 tit. 18 part. 5.—quod fit apud acta, dicitur insinuatum, n. 46 in med. l. 9 t. 4 part. 5.—quis facere teneatur; et quid in usufructuario; et an per testatorem remitti possit confectio inventarii; et qui, etiamsi in alicujus hæreditate succedant, ad talem confectioem non teneantur, et quid in hærede cohæredi, vel in universali fideicommissario, n. 4 l. 5 per text. ibi, tit. 6 part. 6.—si ab hærede factum non sit, tenebitur in solidum, licèt vires hæreditatis non sufficiant, n. 4 et 5 l. 5 per text. ibi, tit. 6 part. 6.—Et an et quando teneatur, licèt illud faciat, n. 6 l. 7 ibidem.—Inventarium si non incipiatur intra triginta dies, perficiatur tamen intra duos menses, an per hoc vitietur, neque valeat, n. 4 dict. l. 5 tit. 6 part. 6.—an possit fieri contra aditionem hæreditatis, an verò per eam hæres adire videatur, ibi in n. 5.—an debeat fieri post hæreditatis aditionem, vel antea, et à qua die incipiat currere tempus ad illud faciendum, ibid.—quando fit ab hærede, qui citandi sint, et quid si citandi sint clerici, an requisitio debeat fieri per iudicem laicum, ibidem in n. 7 dict. l. 5.—an teneat quando certi creditores citati fuerunt, alii verò non, et quando generalis citatio sufficiat, ibi num. 8.—an vitietur ex defectu citationis legatariorum, et creditorum, etiam quando fideliter ab hærede factum fuit, dict. n. 8.—qua de causa coram iudice fieri debeat, ibid. in fin.—cum quibus solemnitatibus fieri debeat, et an et quando omissio solemnitatis illud vitiet, ibi num. 15, 14, 15 et 16.—legitimum, quod dicatur, et quæ continere debeat in se; et an vitietur èd quòd hæres aliquid substraxit, dict. num. 5.—potest confici per procuratorem, et an tunc talis procurator ibidem se subscribere teneatur, ibi num. 16.—an debeat fieri uno contextu, et per eundem tabellionem, ibidem.—an debeat subscribi per hæredem, et quando, ibidem.—Et interim quòd hæres facit inventarium, non potest per aliquem conveniri, etiamsi hæreditas sit locupletissima, n. 4 l. 7 t. 6 p. 6, et quando sic, ibid. n. 2.—Et quid si scriptura inventarii sit redacta in publicam formam, si ibi non dicatur fuisse perfectum, et tres menses non sunt elapsi, ibid.—si fiat ab hærede, an tunc si ipse vendiderit res hæreditarias pro solven-

dis debitis vel legatis testatoris, an teneatur se obligare de evictione, ibidem in n. 6.—Et quid si exceptio beneficii inventarii sit omissa ante sententiam, an possit opponi in executione, dict. n. 6.—Et an ratione confectioem inventarii hæres possit, quibus velit, prius solvere, et an alii possint reclamare, ibidem in n. 9.—Et quas expensas hæres scribere debeat in inventario, et an illas quas fecit litigando cum alio contendente se hæredem, vel creditorem hæreditarium, n. 4 l. 8 tit. 6 part. 6.—Et qualiter probet illas ab eo factas fuisse, et quid de minutis expensis, ibidem in n. 2.—Inventarium si fiat ab hærede, an tunc ipse consequatur quod per defunctum sibi debebatur; et an ipso jure, vel quoad effectum; et an possit sibi ipsi solvere eligendo rem in qua vult sibi esse solutum pro debito, et quando hoc locum habeat, vel non, n. 3 l. 8 tit. 6 part. 6.—si non fiat ab hærede, an ipse detrahat, quod sibi defunctus debeat à fideicommissario universali, ibi in fin.—si fraudulenter vel imperfectè ab hærede factum sit, et quæ aliquid subripuerit ab hæreditate, qualiter puniatur, n. 4, 2 et 3 l. 9 per text. ibi, tit. 6 part. 6, et n. 4 l. 10 ibidem.—si non fiat ab hærede, an ipse teneatur ultra vires hæreditatis, quando agentes contra eum in solidum contententur, quòd in hæreditate alia bona non remanserunt, nisi ea tantum, quæ hæres asserit, et an contra præsumptionem, quæ est adversus hæredem non facientem inventarium admittatur probatio in contrarium, n. 2 dict. l. 9.—si non fiat ab hærede, an tunc ipse teneatur ultra vires hæreditarias in foro conscientie, et in quibus aliis casibus teneatur de suo solvere, ibidem.—si non fiat ab hærede, an privetur Trebellianica, sicuti privatur Falcidia, ibidem in n. 5, et n. 2 l. 7 tit. 14 part. 6.—si non fiat ab hærede filio, an ipse per hoc perdat legitimam sibi debitam jure naturæ, et an ultra vires hæreditarias teneatur, ibidem.—si fiat per unum ex cohæredibus, an per hoc ipse liberetur, si noluerit partem cohæredis repudiantis acceptare, vel non, n. 4 l. 18 tit. 6 part. 6.—si fiat per fiscum, qui in alicujus bonis successit jure hæreditario, vel jure confiscationis, an tunc teneatur ultra vires hæreditarias, n. 4 l. 5 tit. 6, et n. 4 l. 16 tit. 7 part. 6.—an debeat fieri per executores testamentarium à testatore nominatum, n. 4 l. 5 tit. 16 part. 6.—si non fiat per tutorem, an valeat auctoritas ejus, n. 7 l. 9 tit. 16 part. 6.—Et debet tutor puniri, si inventarium non fecit, num. 4 l. 12 t. 16 part. 6.—Inventarium debet statim fieri per curatorem; et qualiter facere teneatur; et quibus servatis, et de quibus; et an sibi antequam faciat, possit administratio concedi, et an in iudicio vel extra fieri debeat, n. 1, 2 et 3 l. 15 per text. ibi, tit. 16 part. 6.—Et quæ contineri debeat in tali inventario tutorum, vel curatorum, ibi num. 4 et 5 per illum text.—Inventarium si non fiat per fiscum, an fiscus restituere possit se in integrum, n. 2 ad fin. l. 10 tit. 19 part. 6.

INVESTITURA, istud nomen antiquitus non fuit in usu, estque duplex investitura, n. 7 l. 26 tit. 9 part. 2.—tabellionis, qualis esse debeat, n. 3 l. 8 tit. 18 part. 5.—vassalli de feudo per dominum sibi data, qualiter fieri debeat, n. 21, 22 et 23 l. 68 tit. 18 part. 5.—Et an per